



Claus Rønlevs bibliotek



Denne søgbare PDF-fil er downloadet fra min personlige hjemmeside www.ronlev.dk.

Digitaliseret efter aftale med Selskabet for Danmarks Kirkehistorie. PDF-filen er kun til ikke kommercielt brug.

Besøg www.ronlev.dk. Måske er der andre af mine mange tusinde artikler og scannede bøger, der har interesse.

Mange venlige hilsener

Claus Rønlev

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER

SJETTE RÆKKE,

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

J. OSKAR ANDERSEN OG **BJØRN KORNERUP**

PROFESSOR, DR. THEOL.

OVERARKIVAR, DR. THEOL.

FEMTE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GADS FORLAG.

1945-47.

En dansk Mands Brevveksling med J. H. Jung-Stilling.

Ved **Bjørn Kornerup.**

En af de ejendommeligste religiøse Personligheder paa Overgangen til det 19. Aarhundrede er uden Tvivl Lægen, Nationaløkonomen og den folkeligt-teologiske Forfatter *Johann Heinrich Jung-Stilling* (1740—1817). Ved sin Helhedsanskuelse, stærkt præget af Pietisme og Mystik, af Apokalyptik og af Okkultisme, som ved sin usædvanlige Livsbane indtager han en mærkelig Plads i Tidens Kirkehistorie og øvede en betydelig Indflydelse paa vide Kredse i sin Samtid¹.

Ogsaa i Danmark fandtes der dem, der med Interesse fulgte Jung-Stillings Levnedsløb og forskelligartede Skrifter. Formodentlig er han lejlighedsvis blevet omtalt i de talrige Tidsskrifter, der blomstrede frem herhjemme i Slutningen af det 18. og Begyndelsen af det 19. Aarhundrede, men mere bekendt for et større Publikum blev han dog vistnok først fra 1815, i hvilket Aar der i Slagelse ved daværende Premierløjtnant *Wilhelm Christian Klein* kom en Oversættelse af »Fortællinger af Heinrich Jung, kaldet Stilling«. De maa dog næppe være slaaet godt an, thi næste Aar udsendtes de fra København som et tilsyneladende nyt Oplag d. v. s. den tidligere trykte Tekst forsynet med et andet Titelblad.

¹) Fra den nyeste Tid kan nævnes et Forsøg paa en psykologisk Analyse af Jung-Stilling især i hans Forhold til Pietismen: Hans R. G. Günther, *Jung-Stilling. Ein Beitrag zur Psychologie des deutschen Pietismus.* München 1928.

Faa Aar senere kom — trykt i det til Seminariet i Borris knyttede »Skolebogtrykkeri«¹ — en Oversættelse af Jung-Stillings »En reisende Jødes Skrivelse fra Fortiden om Messias«, 1819. Dette Skrift maa i ganske særlig Grad have interesseret Læseverdenen, thi 1833 kom en ny Oversættelse af det samme (tilmed i 2. Oplag 1850) og saa sent som 1875 i Svendborg en tredie Oversættelse ved Tr. Holtz².

1841 udsendte den slesvigsk fødte Oversætter, stud. theol. *Claus Christian Harmsen* en Fordanskning af den første Del af Jung-Stillings Selvbiografi, »Henrik Stillings Barndoms-Aar, fortalte af ham selv«, og 1857 udgav *Christian Winther* en Oversættelse af »Johann Heinrich Jung's (kaldet Stilling) Levnetsbeskrivelse«, d. v. s. Afnittene om Barndom, Ungdom og Vandreaar. Endelig udsendte den som Oversætter og Bearbejder især af Opbyggelseslitteratur saa velkendte *F. L. Mynster* 1867 en Oversættelse af »Heinrich Jung-Stilling's Huusliv, Læreaar og Alderdom«. Denne er udstyret med en Fortale, hvori Mynster søger at orientere Læserne med Hensyn til den Plads, der tilkommer Jung-Stilling i hans Tids aandelige Milieu, og forsikrer, at »Stilling-Vennerne« er »et Folkefærd, som endnu ingenlunde er uddøet«³.

De her nævnte Oversættelser vidner om en ikke helt ringe Interesse for Jung-Stillings tiltrækkende, i alt sit

¹) Om dette Trykkeri, oprettet med kgl. Tilladelse 1815, jvfr. Hard-syssels Aarvog III, 1909, S. 93.

²) Formodentlig drejer det sig her blot om et Jung-Stilling tillagt Skrift. Det opføres ikke blandt hans Arbejder i den fuldstændigste Fortegnelse, der haves over disse, i F. W. Strieder, Grundlage zu einer Hessischen Gelehrten- und Schriftsteller-Geschichte XVIII, 1819, S. 246 ff.

³) S. 3 hedder det saaledes om Jung-Stilling, at han »er især mærk-værdig og ærværdig som et af Jesu Christi troeste og utrætteligste Sandhedsvidner midt i Rationalismens og den bortforklarende Ac-comodations og den blodtørstige franske Revolutions vantro og toilesløse Tidsalder«. — Om »Stilling-Vennerne« jvfr. sst. S. 8.

uklare Sværmeri dybt religiøse Personlighed, og ogsaa andre Vidnesbyrd taler i samme Retning. Filosofen *F. C. Sibbern* hørte saaledes til hans taknemmelige Læsere og har bl. a. i et Brev fra 1857 ytret sig om Jung-Stillings Levnedsbog saaledes: »det er en ypperlig Bog, en sand qvægende Opbyggelseslæsning. Jeg har læst den flere Gange og faaet Andre hertil, og alle have vi funden os ret i Hjertet qvægede og styrkede ved den til Gudshengivenhed«¹.

En lille halvsnæs Aar tidligere havde *A. G. Rudelbach* i en større Afhandling, indlemmet i hans »Christelig Biographie« (I, 1848, S. 113—208), givet en udførlig Fremstilling af Jung-Stillings Levned². Samme Opgave søgte senere den kendte populærvidenskabelige Forfatter, Præsten *Richard Petersen* at løse i sin livfuldt skrevne Bog »Jung-Stilling. Et kristeligt Levnedsløb« (1890). I Forordet til denne oplyser han, at Jung-Stilling maatte anses for »en god gammel Bekjendt for mange af den ældre Slægt«, og peger paa, hvilken Betydning i saa Henseende de ovennævnte Oversættelser af Christian Winther og F. L. Mynster havde haft.

Set paa denne Baggrund vil det da næppe være uden Interesse at fremdrage en Brevveksling, der viser, at Jung-Stilling ogsaa før det ny Aarhundredes Frembrud havde begejstrede Læsere i Danmark. I den store Kirkekamps Dage var der en nu lidet bekendt Mand, der trofast stod Side om Side med Biskop N. E. Balle, Præsten *Jens Winther Bentzon* (1743—1823). I mange Aar (1777—97) var han Kapellan ved Vor Frue Kirke i København, indtil han 1797 fik det store Landsbykald Gladsakse-Herlev, hvor han virkede til sin Død 1823, fra 1805—8

¹) Breve til og fra F. C. Sibbern, udg. af C. L. N. Mynster, II, 233. Citatet allerede anført af F. L. Mynster i ovennævnte Oversættelse S. 8.

²) Efter A. Freybes Dom fortjener Rudelbachs Biografi af Jung-Stilling »die rühmlichste Auszeichnung« (Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche, 3. Aufl., XIX, 46).

tillige som Provst i Sokkelunds Herred¹. Netop denne Mand havde tidligt følt sig tiltrukket af Jung-Stilling, og det er gennem ham, at Kendskabet til den omtalte Brevveksling er blevet formidlet. Efter at Bentzon havde stiftet Bekendtskab med de fleste af Jung-Stillings Skrifter, gjorde han sig forgæves Anstrengelser for at erhverve dennes »Theodore von der Linden«. Tilsidst øjnede han ingen anden Udvej for at komme i Besiddelse af den eftertragtede Bog end (den 16. December 1799) at skrive til Forfatteren selv. Hans Henvendelse faldt i god Jord, og snart udviklede der sig mellem den danske Landsbypræst og den vidt berømte Hofraad og Professor i Marburg en meget venskabelig Brevforbindelse, der i hvert Fald vedvarede til 1801. Bentzon fik Lejlighed til at hylde Jung som Bekæmper af den herskende radikale teologiske Tidsaand og til at meddele ham et og andet om Kirkekampen herhjemme, og Jung kom med stor Elskværdighed sin nye Brevven i Møde. Han drøftede Tidens kirkelige Foreteelser med ham og udtalte sig paa interessant Maade om, hvad der i den politiske og aandelige Udvikling kunde berettige til Haab eller Frygt.

Mærkeligt er det at se, hvorledes Jung-Stilling allerede da besad et vist Kendskab til den kirkelige Situation i Danmark og særlig fulgte Balles Optræden med Opmærksomhed. Maaske skyldes det Forbindelsen med Bentzon, at han vedblev at følge Udviklingen herhjemme med Interesse. Senere i sit Liv har han saaledes udtalt sig meget forhaabningsfuldt om Kirkerne i de nordiske Lande som det formentlige Gemmested for de sidste Udvalgte under den store Trængsel², og Grundtvigs djærve Ord vandt

¹) Jvfr. Bjørn Kornerup, Vor Frue Kirkes og Menigheds Historie S. 311—12. Samme i Dansk biografisk Leksikon, 2. Udg., II, 389—90. Aktstykker vedrørende hans Valg til Provst findes meddelt i Kh. Saml. 3. R. V, 764—77.

²) J. H. Jung, Sämmtliche Schriften VII, 340. (»Vermuthlich ist auch



Provst, Sognepræst i Gladsakse—Herlev Jens Winther Bentzon
(1743—1823).

Fotografisk Gengivelse 1946 af Oliemaleri af ukendt Kunstner.
Originalen tilhører Byretsdommer Erik Westerkjær.

meget Bifald hos ham. Han læste de tyske Oversættelser af dennes Prædikener »Hvi er Herrens Ord forsvundet af hans Hus?« og »Hvorfor kaldes vi Lutheranere?« og udtalte sig i høj Grad rosende om, at en ung Mand vovede at opløfte sin Røst mod Tidens herskende Retning¹.

De originale Breve mellem Bentzon og Jung-Stilling findes næppe mere, men da Bentzon aabenbart har omfattet denne Brevveksling med Veneration, har han heldigvis været saa forsynlig at tage en Afskrift af begge Parters Breve. Denne er med hans egen, usædvanligt tydelige og skønne Haandskrift indført i et Optegnelseshefte, der nu findes i privat Eje og velvilligst er blevet stillet til Raadighed for »Kirkehistoriske Samlinger«². Nedenstaaende Udgave bygger da alene paa denne Afskrift som Tekstforlæg, og dette er tilstræbt gengivet bogstavret, blot hist og her med Lømpelser af Tegnsætningen og med Ombytning af Afskriftens æ for ä i de tyske Tekster. Overhovedet er det med Henblik paa adskillige Ejendommeligheder i Retskrivningen værd at have in mente, at Brevene kun er kendt gennem Afskrifter. Medens Hovedparten af Jung-Stillings Breve er paa Tysk, er alle Bentzons affattet paa Latin. Det er sikkert ret betegnende for Dattiden, at det endnu i Slutningen af det 18. Aarhundrede faldt en akademisk vel uddannet Mand lettere at udtrykke sig paa Latin end paa Tysk. — Ved »Schriften« betegnes i Noterne »Johann Heinrich Jung's, genannt Stilling, sämmtliche Schriften«, I—XIV, 1835—38.

da [o: in den nordischen Ländern] irgendwo der Bergungs-Ort für die Auserwählten während der grössten Hitze der Trübsal«).

¹) Sst. VIII, 358 (»den trefflichen jungen Mann möchte ich kennen und an mein Herz drücken«); 497—8 (»das ist wieder eine Kernpredigt, und zugleich eine ernste Rüge der Denkungsart, die heut so herrschend ist«).

²) Ejes af Fru Skoleinspektør Ellen Westerkjær f. Bentzon, hvem jeg bringer min bedste Tak for Tilladelsen til Benyttelsen, lige som ogsaa Hr. Overretssagfører Stefan Hetsch for at have henledet min Opmærksomhed paa dette Hefte.

1.

Viro, plurimum venerando, Henrico Stillingio
S. P. D.

Janus Winther Bentzon,
coetuum Gladsaxensis et Herlowiani
prope Hauniam Pastor.

Omnia, quæ publici juris fecisti, scripta ascetica et æsthetica perlegi, atque perlectis relectisque bibliothecam meam ornavi. Unicum vero, cui titulum dedisti *Theodore von der Linden*¹, frustra in bibliopoliis nostris omnibusque modis quæsitum, valde desidero. In desiderium autem sui rapuit iste ingenii splendor, iste candor animi Deo virtutique dicati, quorum testes sunt reliqua a te prelo subjecta. Ut desideratissimi hujus libri, cujuscunque pretii, compos fiam, facias, opto ac precor. Necessarios, et quod excurrit, sumtus impendo lubentissimus. Quomodo autem voto meo sat fieret, nesciebam, nisi ad te autorem literas mitterem, cum ignota mihi sint nomina typographi, bibliopolæ et loci, ubi lucem vidit *Theodoræ Lindensis* historia. Me tibi, nisi forte ex Annalibus Rintelianis², qui nomen meum sæpius habent, ignotum ut amicis Stillingianis o: Christianismi atque virtutis, adnumeres, utqve hisce literis et erratis, si quæ irrepserint, facilis ignoscas, rogo humillimus, quem, si quid heic loci in tui gratiam per me fieri possit, ad omnia officiorum genera habebis paratissimum.

P. S.

Si honoratissimis tuis literis me dignum habueris, tradendæ sunt filio meo, Theologiæ Studioso, qui Hauniæ est

¹) Var udkommet i 2 Bind i Mannheim 1783, optaget i Schriften IX, 575—880.

²) 1789 ff. var i Rinteln udkommet *Annalen der neuesten theologischen Literatur und Kirchengeschichte*, herausgegeben von Johann Matthäus Hasencamp (1743—97), Professor i Rinteln.

in ædibus successoris mei Dⁿⁱ Clausenii, pastoris ad ædem beatæ virginis¹. Vale!

Gladsaxe d. 16 December 1799.

[Udskrift:] An dem hochwohlgebohrnen Herrn Herrn Hofrath und Professor Jung in *Marburg fr. Cassel*.

2.

Marburgi Cattorum 11^{mo} Jan. 1800.

Viro summe reverendo Jano Winthero Bentzonio
S. P. D.

Johannes Henricus Jung, Med. et philos. Dr., Serenissimo Elect. palat. - Bavaro a Consiliis aulicus et Oeconomix politicæ professor publ. ord. alias Heinrich Stilling.

Gratissimis Tuis litteris relectis perlectisque, nusquam gentium Hauniam, neque in Büschingii Geographia, neque in mappis reperire potui; tandem mihi in mentem venit, num forte Haunia et Hafnia Synonima fuerint, et iterata mapparum perscrutatione, prope Hafniam locum Glad-saxam detegi.

Gratias ago tibi perquam maximas, quod tanta benevolentia erga me imbutus commercium litterarium mecum ingredi volueris, quo fine Tibi gratum animum amicamque manum promptus offero.

Theodore von der Linden in Typographeo academico, Mannhemii in Palatinatu Rheni, impressa forsân, adhuc dum illuc, eo Typographeo² defuncto, in Bibliopolio Schwanii et Götzii (Schwan und Götzische Buchhandlung³) in promptu est; sed nullus dubito, hunc librum

¹) Niels Ludvig Christian Bentzon (1780—1846), siden Provst og Sognepræst i Ringsted-Benløse, boende i Huset hos senere Stiftsprovst H. G. Clausen, der da var nederste Kapellan ved Vor Frue Kirke i København.

²) Typographo?

³) Et ret bekendt Forlag i Mannheim (Geschichte des Deutschen Buchhandels III, 454).

Tibi *Perthes* bibliopola Hamburgensis¹ facillime comparare posse; mihi enim ob maximam farraginem negotiorum nullo prorsus modo possibile est ejusmodi officia conferre amicis etiam amicissimis; ut de pretio per tanta multifaria portoria exaltato taceam.

Num Tibi opera mea æsthetico-theologica nuperrime exantlata innotuerint? — Sunt nempe Sequentia:

Das Heimweh von Heinrich Stilling 4 Bände, nebst dem Schlüssel dazu, Marburg bey Krieger.

Scenen aus dem Geisterreich 1 B. 2^{te} Auflage, Francfurth bey Varrentrapp und Wenner.

Die Siegesgeschichte der Christlichen Religion, in einer gemeinnützigen Erklärung der Offenbarung Johannis, Nürnberg bey Raw².

Tandem quovis Semestri scriptum de 4 plagulis sub nomine *Der graue Mann, eine Volksschrift*³, exaro et prelo subjiciendum curo. Bibliopola Raw Norimbergensis jam septem Tomos distribuit.

Hæc opera omnia *Perthes* Hamburgensis Tibi comparabit.

Gratulor mihi amicum novum! — Deus Te ab omni periculo conservet, sit Tibi propitius Tutor paterque. Vale!

Veniam des mihi in lingua latina plane Autodidacto!

[Udskrift:] An Herrn Herrn Janus Winther Bentzon, Pastor zu Gladsaxen und Herlow, abzugeben an Herren Bentzon Studiosus der Gottsgelehrheit bey Herrn Clausenius Pastor an der Frauenkirke zu *Copenhagen. fr. Hamburg.*

¹) Den berømte Forlægger og Boghandler Friedrich Perthes (1772—1843). (Geschichte des Deutschen Buchhandels III, 494 f., 521 f.; IV, 18, 53).

²) Optaget i Skrifter IV-V; II; III. »Der Schlüssel zum Heimweh« findes i V, 261 ff.

³) »Der graue Mann« kom i 1795—1816, optaget i Skrifter VII—VIII.

3.

Gladsaxiæ d. 28 Febr. 1800.

Viro, omnium bonorum amore et æstumatione dignissimo,

Johanni Henrico Jung,
Electori Palat.-Bavaro a consiliis aulicis atque Professore Marburgensi

S. P. D.

Janus Winther Bentzon,
pastor coetuum Gladsaxensis et Herlowiani.

Quanta inter legendum, quæ ad me d. 11 Januarii scribere Tibi placuit, perfusus sim voluptate, quantoque usui mihi fuerit scriptio Tua acceptissima, vix ac ne vix quidem dicere valeo. Gratulor nempe mihi de commercio epistolari cum viro in republica litteraria et christiana etiam extraneis notissimo. Nec minus mihi gratulor de pleniori scriptorum Tuorum cognitione, in quibus omnibus theologico nostri temporis veneno dulcissimum ac simul efficacissimum misces antidotum. Videlicet mirum in modum ac malitiose garriunt theologorum hujus ævi sat multi, qui sanctissima quævis postponere, omnia incerta reddere, rotunda quadratis miscere atque fidem christianam oppugnare gestiunt. Habuit vero habetque etiam nostrum hoc ævum in Germania viros doctos et integros, quorum opera in eo collocata fuit, ut confirmaretur in multorum animis Christi religio, quos inter maximi facio præter alios, quorum nomina heic enumerare supersedeo, *De Marées*, Anhalt-Dessauensem, *Kleukerum* jam Kiloniensem, *Hasenkampium*, rectorem quondam Diusburgensem, *Köppenium* Borussio-Pomeranum, *Baumgarten-Crusium* Merseburgensem, *Kösterum* Giessensem, *Reinhardum* Wittenbergensem¹, et *Te*, non ultimo loco

¹) Ludwig Eberhard de Marées (1717—1802), Superintendent i Dessau; Johann Friedrich Kleuker (1749—1827), Prof. i Kiel; Friedrich

nominandum, veri christianismi strenuum propagatorem fidumque mysterii iniquitatis detectorem. Ducibus enim sacro codice et experientia christiano digna recte sapis, ac utinam ita saperent, qui inter eruditos videri volunt sapientissimi! At — quid *Te* laudem? laudem enim ægre fert *Tua* modestia.

Vitam *Tuam* 4 Tomis comprehensam, historias *Morgenthauii*, *Fahlendornii*, *Theobaldi*¹, prætereaque *Stillings ascetische Schriften*², quæ Francofurti ad Mænum prodierunt, et librum fere propheticum, cui titulus est *Heimweh*, una cum *clave* jam dudum iteratis vicibus legi; sed nuperime delectatus sum lectione librorum: *Scenen aus dem Geisterreiche* et 5 particularum scripti periodici *Der graue Mann*, posteriores enim particulas pariter ac *Siegeschichte der christlichen Religion*³ ver versus mihi demum comparare bibliopola meus *Rothe*⁴ pollicitus est. Ad id igitur tempus desiderio premor, intereaque delicias mihi dabit, præter alia, *Theodora Tua Lindensis*, quam jam possideo, dabunt etiam scripta, quæ lectoribus Tuis commendasti: *Briefe eines reisenden Juden — Panax — Gedanken über die Worte des Herren: Wachtet und betet! — Beytrag zur Aufklärung in religiöser und politischer Hin-*

Arnold Hasenkamp (1747—95), Rektor i Duisburg; antagelig Karl Friedrich Köppen (1734—98), Canonicus i Berlin; Christian August Crusius (1715—75), Prof. i Merseburg, apokalyptisk orienteret Teolog; Heinrich Martin Gottfried Köster (1734—1802), Prof. i Giessen; Franz Volkmar Reinhard (1753—1812), Overhofpræst i Dresden, højt værdsat af Grundtvig (jvfr. Kh. Saml. 5. R. VI, 188).

¹) Jungs »Lebensgeschichte« findes i *Schriften* I, »Die Geschichte des Herrn von Morgenthau« og »Die Geschichte Florentins von Fahlendorn« sst. IX. »Lebensgeschichte« var kommet i fire Bind 1777—89, 1. Bind udgivet af Goethe, et 5. Bind kom 1804.

²) »Ascetische Schriften«, Frankfurt a. M. 1799.

³) Jvfr. S. 486.

⁴) Formentlig kgl. Hof- og Universitetsboghandler Johann Gottlob Rothe (Camillus Nyrop, *Bidrag til den danske Boghandels Historie* II, 29, 75).

*sicht etc.*¹, quæ omnia tegumine donanda otium mihi parient gratissimum.

Ut aliquam saltem mei mearumque rerum notionem habeas, paucis fata mea enarrabo. Scias igitur, me pauperibus ortum parentibus et patre optimo, revisore redituum, qui e Norvegia meridionali in ærarium conferruntur², præmatura morte orbum multa puerum tulisse, tulisseque quoque juvenem, donec Inspector collegii Medicei Hauniensis et communitatis regiæ Decanus constitutus opportuniorem vitam degere potuerim. Hinc A^o 1774 a rege vocatus pastor Coagiam petii. At elapsis fere 4 annis Universitas Hauniensis me Hauniæ ad ædem b. Virginis collocavit, ubi per 20 annorum spatium euangelium Christi in magna auditorum frequentia non sine benedictione summi Numinis docui. Innumeris divinæ providentiæ documentis ibi gauisus sum, sed et multa vir tuli, duarum enim uxorum carissimarum funera deplorare mihi accidit. Nec alia defuere incommoda. Hauniæ nempe fere omnia legi, quæ de secta Illuminatorum scripserunt *Kösterus*, Eudæmoniæ autores aliique anonymi³, itidemque plurima, quæ contra Christianismum ediderunt malesani homines, hisque omnibus me in scripto quodam critico periodico⁴, quod edidi, pro viribus opposui, inque Christi adversarios novarumque rerum cupidos, quos et Dania habet haud paucos, forsan paulo morosior et acutior hos ipsos mihi adversarios reddidi, qui me multi-

¹) Af de her nævnte Skrifter er »Panax« maaske identisk med Jung-Stilling, Die grosse Panacee wider die Krankheit des Religionszweifels, 1776 (F. W. Strieder, anf. Værk XVIII, 261. Schriften XIV, 629 ff).

²) Fuldmægtig i Rentekammeret Niels Bentzon, gift med Maren Jensdatter Winther.

³) Om Köster jvfr. S. 488, om Jungs Syn paa Illuminaterne Skriften VII, 314 ff. »Eudæmonia« er formentlig Tidsskriftet »Eudæmonia oder deutsches Volksglück. Journal für Freunde von Wahrheit und Recht«, 1795 ff. (ikke i Det kgl. Bibliotek).

⁴) Bentzon var 1790—95 Redaktør af det konservative Tidsskrift »Kritik og Antikritik«. Jvfr. dette XVI, 670; XVII, 112.

faria petierunt malevolentia¹. Animum vero atque calcaria semper addidit bona, quam tuebar, causa, nec non omnium bonorum amor et æstimatio, imprimis vero Salvatoris promissio *Matth. V, 10—12*. Atque jam facile intelligis, cur tanta in *Te Tuaque* ferar prædilectione, eadem enim sentiendo conjunguntur corda. Demum A^o 1797 huc me transtulit alma Hauniensis Universitas, ubi tranquillam ago vitam propemodum sexagenarius una cum uxore probissima, duobus filiis filiabusque octo optimæ spei atque indolis. Det mihi Deus T. O. M., ut meam meorumque rite curem salutem!

Procuret *Tibi* cuncta fausta atque felicia! Remuneret *Tibi* animorum curam, quam sponte in *Te* suscepisti! De cætero nullus dubito, quin æternitatem *Tibi* pares gaudii plenam juxta illud *Danielis XII, 3*. In regno spirituum salutari me quoque habebis debitorem gratias *Tibi* acturum lætissimas. Fac interea, quod facis, ut me ames, si mutuo me id facturum existimaveris!

P. S. Quod *Hauniam* scribendo *Tibi* molestus fuerim, male me habet; nostratum autem plerique non *Hafniam*, sed *Hauniam*, scribimus, quia hoc etymologice rectius judicamus. Cura, ut valeas!

[Udskrift:] An Herrn Herrn Dr Johann Heinrich Jung, Hofrath und Professor in *Marburg. fr. Cassel*.

¹) Efter Werlauffs Vidnesbyrd var Bentzon »meget ilde anset af den yngre Slægt, der dengang førte Ordet«, paa Grund af sit Medarbejderskab ved »Kritik og Antikritik«, som blev betragtet »som et Organ for Obscurantisme og cras Orthodoxy« (Historisk Tidsskrift 4. R. IV, 286—7). Bekendt er ogsaa Oprinet med en Vise af Jens Baggesen ved Bentzons andet Bryllup, hvori der bl. a. tales om »Nidkærhedens ortodokse Horn« (F. Rønning, Rationalismens Tidsalder III, 1. Afdel., S. 236—7).

4.

Marburg in Hessen den 13^{ten} Maj 1800.

Verehrungswürdiger Herr Pastor! Sehr geschätzter Freund!

Aus Ihren Briefen sehe ich, dass Sie hochdeutsche Bücher lesen und verstehen können, ich will Ihnen also jetzt einmal teutsch schreiben. Sollte es Ihnen aber beschwerlich fallen sie zu verstehen, so will ich Ihnen recht gerne wieder lateinisch schreiben.

Sie werden so gütig seyn und mir verzeihen, dass ich Ihren lieben Brief so spät beantworte: ich wurde den Winter über durch dringende Geschäfte, und nachher durch eine Reise in den Ferien davon abgehalten. Ich werde Sie in Zukunft nicht mehr so lange auf mich warten lassen, und ich bitte Sie auch mich nicht so härt zu strafen, dass Sie mir nun nicht so bald schreiben wollten. Ihre Briefe sind mir sehr lieb, und ich freue mich immer sehr, so oft ich einen bekommen.

Die Apostasia, der Abfall von Christo nimmt erschrecklich zu: glauben Sie denn wohl, dass das Studium Theologicum nicht mehr Bibel-sondern Moral-Studium ist? Die collegia exegetica haben keinen andern Zweck als per indirectum zu beweisen, dass die Bibel nichts anders als ein altes Fabelbuch sey; lezthin sagte ein Candidat der Theologie, der seit einem Jahr von der Universität Jena zurück gekommen war, und jezt Hauslehrer bey einer adlichen Familie ist: er habe in acht Jahren in der Bibel nicht gelesen — es ist schrecklich, und doch allgemein der Fall; innerhalb 10 Jahren ist Christus nicht mehr der Gegenstand der allgemeinen Volksreligion, und seine wahren Verehrer werden sich in Ecclesia pressa befinden. Gut! dass das nicht lange dauern wird.

In den mittägigen Gegenden Teutschlands wüetet wieder der Krieg auf die fürchterlichste Weise. In der Schweiz rafft der Hungerstod alte und Junge weg. Gott, es ist

erschrecklich! allein die grosse Versuchungsstunde ist angebrochen, wohl dem, der darinnen aushält!

Auf der andern Seiten aber ist es auch wieder sehr tröstlich, dass das Reich unsers Herrn intensive und extensive wächst; es regt sich allenthalben, und hin und wieder giebt es sehr kräftige Regungen und Erwekungen, auch die Missionsgeschäfte in andern Welttheilen, so wohl durch die Brüdergemeine, als auch durch die Englische und Holländische Missions-Anstalten¹, gehen gut von Stat-ten; mit einem Wort: der Tag der Zukunft des Herrn naht mit Macht, Amen, ja komm Herr Jesu!

Herzlich danke ich Ihnen auch für die Nachricht, die Sie mir von Ihrer eigenen Lebensgeschichte mittheilen; Wir beyde haben ähnliche Schiksale gehabt; auch ich stämme von armen Eltern ab, auch ich habe zwo liebe Ehegattinnen, aber auch 6 Kinder in der seeligen Ewigkeit, auch ich lebe jezt in der 3^{ten} Ehe sehr glücklich, und auch ich bin im 60^{sten} Jahr. Der Herr seegne Sie überschwenglich, theurer Mann! Er brauche und mache Sie zu einem fruchtbaren Werkzeug in seiner Hand zur Beförderung seiner Ehre und seines Reichs.

Hat denn der würdige Bischof Balle sein Wochenblatt zur Vertheidigung der Bibel und ihrer Religion² nicht fortgesetzt? — das Werk hat mir ausserordentlich wohlgefallen.

Dr. Ewald, prediger an der Stephanskirche in Bremen³, will eine Monats Schrift für Christen herausgeben; wenn Sie etwa kleine Biographien frommer Menschen, oder sonst etwas nützliches, Beyspiele von göttlichen Führungen und

¹) Jvfr. forskellige Udtalelser i »Der graue Mann« (Schriften VII, 220 ff.).

²) Af Biskop N. E. Balles »Bibelen forsvarer sig selv, et Religionsblad«, I—IV, 1797—1802, var 1. Bind udkommet paa Tysk 1798.

³) Johann Ludwig Ewald (1747—1822), 1796—1805 Andenpræst ved Stephanskirken i Bremen, siden Kirke- og Ministerialraad i Karlsruhe, udgav 1801—06 »Christliche Monatsschrift zur Stärkung und Belebung des christlichen Sinnes«. Jvfr. Schriften VII, 302.

Bewahrungen, oder sonstige Nachrichten aus dem Reiche Gottes von Zeit zu Zeit an den Herrn Dr Ewald einsenden könnten, so würde ihm dadurch ein grosser Gefallen geschehen, und eben so lieb würde es ihm auch seyn, wenn Sie dieser Monaths-Schrift in den Nordischen Reichen Absatz verschaffen könnten.

Sind Sie nicht mit dem Herrn Superintendenten Lüdike in Stokholm¹ bekannt? dieser war ehemals ein treuer Verehrer Jesu, und ich hoffe, er wirds auch noch seyn, er war eine Zeitlang Evangelischer prediger in Smyrna.

Ich erinnere nochmals, wenns Ihnen beschwerlich wird, teutsch zu verstehen, so will ich Ihnen gern wieder lateinisch schreiben, Sie aber schreiben mir immer lateinisch. Theurester brüderlicher Freund! ich empfehle mich Ihrer Brüderliebe, gedenken Sie meiner in Ihrem Gebät vor Gott.

Die Gnade unsers Herrn Jesu Christi und sein heiliger Geist sey das Element Ihres Lebens und Würckens. Ich bin durch diese Gnade Ihr treuer brüderlicher Freund

Jung.

N. S.

Wenn Sie an mich schreiben, so machen Sie doch inwendig im Brief keiner Titel an mich, sondern Johanni Henrico Jungio S. p. D. Janus Winther Bentzon.

[Udskrift:] Sr. Hochehrwürden Dem Herrn Pastor J. W. Bentzon zu abzugeben in Copenhagen. Gladsaxen bey Copenhagen bey Herrn pastor Clausenius an der Frauen Kirche. franco Hamburg.

¹) Christopher Wilhelm Lüdeche (1737—1805) var 1759—68 den første lutherske Præst i Smyrna, ansat af den danske Stat (Kh. Saml. 5. R. III, 572—4. Michael Neiiendam, Christian Bastholm S. 121—4). 1773 blev han anden og 1747 første Pastor (*ikke* Superintendent) ved den tyske Menighed i Stockholm (velvillig Meddelelse fra Professor, Theol. Dr. Hilding Pleijel, Lund). Han er bl. a. kendt som en fremragende Lærdomshistoriker for Gustaf III's Periode.

5.

Johanni Henrico Jung S. P. D. Janus Winther Bentzon.

Quæ germanice scribis, lubentissime lego; est enim hæc lingua mihi adeo familiaris et quasi vernacula, ut omnia optime intelligere eodemque momento danice vertere queam, etiamsi scribere aut loqui non audeam; vereor enim, ne una alterave constructio minus recta, unum alterumve vocabulum minus aptum, minus compte positum, oculos lectoris auresve audientis offendant. Habet quoque bibliotheca mea, præter paucos britannicos, gallicos nonnullosque latinos, plurimos libros germanicos. A Te igitur officiosissime peto, ut ad me semper germanice scribas latina exspectaturus responsa.

Causæ, quas affers Tuæ in scribendo cunctationis, adeo valent, ut nil magis. Quod autem me colloquio litterario dignum habueris habeasque, est atque semper erit mihi gratissimum. Nihil jam dico de scribendi materia Te et tempore digna.

Inter moerorem ac lætitiâ me ambiguum tenuerunt narrationes Tuæ partim de studii theologici depravatione, de hora tentationis, de belli miseria, partim demum de incremento regni Salvatoris ope missionum anglicarum batavarumque. Quantum doloris priores, tantum gaudii mihi peperit posterior. Doleo juvenem Theologum, cui Bibliorum lectio obsoleta est, ac non modo nil voluptatis, sed et forsân multum tædii creat; non autem miror, habet enim academia Jenensis *Paulum* quendam¹, quem potius *Antipaulum* dixeris, qui figmentis suis multos corripit ἁμαρθεῖς καὶ ἀσθηρίκτους², cujusque corruptio etiam danicam invasit tellurem. Edidit discipulus quidam hujus *Pauli*, nomine *Malthæ Møller*³, qui pastoris nomen mentitus

¹) Den bekendte vulgærrationalistiske Teolog Heinrich Eberhard Gottlob Paulus (1761—1851), Prof. i Heidelberg.

²) Jvfr. 2. Pet. 3, 16.

³) Litteraten Malthæ Møller (1771—1834) udgav 1795—97 »Reper-

est, in Dania Repertorium quoddam innumeris refertum ineptiis theologicis, quas, donec tandem detegeretur autor, deglutivit juvenus academica parum cauta. Leguntur heic quoque scripta *Bahrtdii*, *Riemii*¹ aliorumque, ut jam taceam libros, sub larva Christianismi et bibliophilæ editos, *Telleri*, *Eichhornii*, *Steinbartii*, *Eckii*, *Eckermanni* etc.², quos jure merito suspectos habet verus quilibet sacri codicis æstimator. Avertuncet autem Deus T. O. M., ut intra decennium cultus Christi publicus evanescat! Animum mihi adhuc dat hæc legenti historia Eliæ 1. Reg. 19, 14—18, pariter ac Christi assertio Math. 16, 18. Pacem det idem supremum Numen, ut fugentur bellicæ calamitates! Faustam reddet omnem operam, quæ in eo collocatur, ut heic et alibi incrementa capiat Christi regnum! Quæ huc pertinentia ex anglica lingua in germanicam transtulit *Mortimer*³, non absque deliciis legere potest genuinus Servatoris cultor. Annuat Omnipotens piis suspiriis ac conatibus!

Quanta inter nos fatorum paritas! me non pænitet de me meisque rebus scripsisse, ut res Tuæ mihi plenius innotescerent. Est epistola Tua supplementum quoddam vitæ domesticæ antea editæ⁴ eoque nomine, quæ conservetur,

torium for Fædrelandets Religionslærere», der rettede skarpe Angreb paa Statskirken og den ortodokse Teologi. Jvfr. L. Koch i Historisk Tidsskrift 5. R. II, 85—101. E. C. Werlauff, Erindringer af mit Liv S. 39 f.

¹) Karl Friedrich Bahrtdt (1741—92), Prof., Litterat; Andreas Riem (1749—ca. 1807), Litterat, en Discipel af Lessing.

²) Wilhelm Abraham Teller (1734—1804), Prof. i Helmstedt, siden Overkonsistorialraad i Cölln an der Spree; Johann Gottfried Eichhorn (1752—1827), Prof. i Göttingen; Gotthelf Samuel Steinbart (1738—1809), Litterat; Johann Georg Eck (1745—1808), Litteraturhistoriker, Prof. i Leipzig; Jakob Christoph Rudolf Eckermann (1754—1837), Prof. i Kiel.

³) 1800—1801 udkom i Barby P. Mortimers Geschichte der neuesten evangelischen Anstalten in England, 1—2. Jvfr. Ejler Haugsted, Katalog over Vahls Missionsbibliothek i Statsbibliotheket i Aarhus S. 101 og Schriften VII, 221.

⁴) Jvfr. S. 488.

dignissima. Sat tulimus, sed et sat deliciarum nobis dedit divina providentia, quæ dulcibus tristia miscuit, ut animus in altum eveheretur. Et ego progeniem inter coelestes numero, nempe tres pueros puellamque. Habemus igitur ambo in regno spirituum, qui nos exspectant, summo cum gaudio olim amplectendos.

Balle, episcopum meum, nominas et laudas. Est etiam laude dignissimus vir verè christianus, indefessus sacri codicis defensor, doctus, affabilis. Uno eodemque die examinati in Studiosorum numerum recepti sumus. Arcta ab eo tempore inter nos viguit amicitia¹. Et illum, ut et me, diu exhibilarunt nugæ frivolorum hominum, donec tandem novum Regis edictum furori scribentium juvenili dissolutoque prelo obicem poneret². Continuatur scriptum episcopi Bibliorum defensionis destinatum. Prodierunt jam duo volumina atque tertii 20 plagulæ. Salutat Te Tibi devinctissimus ob animum, quem ipsi, et assensum, quem scripto ipsius declarant litteræ Tuæ.

Dominum *Lüdike*³ vidi, nunquam autem cum eo collocutus sum. Credam et ego hunc virum fidelem esse Christi amicum ac veneratorem, nec aliquid audivi, quò hoc honore privaretur. Sat magnus est Apostatarum numerus, sed et multi dantur, noti atque ignoti, religioni Servatoris addictissimi, quos futura dies palam faciet. Placuit interea assertio *De-Maréesii*⁴ dicentis: »Fuit primum se-

¹) I sin Afskedsprædiken i Vor Frue Kirke 1797 udtalte Bentzon følgende Ord til sin Biskop og gamle Medkæmper (»min Ungdoms Ven, min Ven indtil denne Dag): dit Navn skal staae hædret i de følgende Tiders Kirkehistorie, fordi Du i vanskelige, i fordærvede Tider opofrede Dig, og ansaae det for en Ære at lide for Jesu Navns og hans Lærdoms Skyld. Der kommer en Tid efter denne, da Dine Fortienester i fuldere Maade skal paaskjønnes« (L. N. Fallesen, *Nyt Magazin for Religionslærere* I, 1, S. 181).

²) Forordningen af 27. September 1799, som nærmere forklarer og bestemmer Trykkefrihedens Grænser.

³) Jvfr. S. 493.

⁴) Om de Marées jvfr. S. 487.

culum *Apostolicum*, est nostrum *Apostaticum*», quid enim veritati magis consentaneum?

Gratulor mundo christiano de scripto Doctoris *Ewaldii*¹ periodico jam edendo, et laudo curam propositumque viri venerabilis. Quæ adnotata habeo tali operi congrua non tanti sunt momenti, ut sumptibus satisfaciant, nec scio, quo modo ad eum absque impensis perveniant meæ minutiae. Habet liber *Kirschii*², quem aliquot abhinc annis legi in 4 aut 5 Tomos distributum, cui titulus: »Anecdoten für Christen, und auch für solche, die es nicht sind«, plurima, nisi me omnia fefellerint, operi viri optimi inservitura. Scriptum vendibile reddent Lipsienses nundinæ; faciam autem, quod per me fieri potest, ut etiam heic frequenter legatur.

Post paucos dies iter in Falstriam instituo visurus primogenitam meam filiam pastori Nicopiensi *Borrichio* nuptam³. Non autem potui, quin ante iter hasce mitterem litteras novam Tuam epistolam acceleraturas. O si scires, quantam mihi creet voluptatem quælibet Tua scriptio! legendo relegendoque

labitur ex oculis nunc quoque gutta meis⁴.

Tanta tui est vis animi. Tanti facio fraternam, qua me dignaris, indolem, ut grates Deo ac Tibi debitas persolvere nequeam.

In futurum iter mihi intento deficit hac vice scribendi materies, nunquam vero deficient vota pro Te fundenda. Incolumem Te servet, integerrime, divina cura in multos annos, ne mundo lux, ne mihi desit amicus! Faxit, ut

¹) Jvfr. S. 492 f.

²) Georg Friedrich Kirsch (1742—90), Hofpræst i Ebersdorf, udgav 1779—83 »Anecdoten für Christen und auch für solche, die es nicht sind«, 1—5 (J. G. Meusel, Lexikon der vom Jahr 1750 bis 1800 verstorbenen teutschen Schriftsteller VII, 38 f.).

³) Residerende Kapellan i Nykøbing-Systofte, siden Sognepræst i Ledøje-Smørum, Provst Peter Holm Borch (1769—1833), gift med Ellen Cecilie Magdalene Bentzon (1775—1834).

⁴) Ovid. Trist. 1, 3, 4.

vitam nostram ita instituamus, ut inter coelicolas vitæ pie ante actæ deliciis fruamur! Heic non visi nosmet ibi videbimus, heic invicem remoti ibi proximo intimoque utemur salutari commercio. Piis Tuis precibus me commendo scriptioni jam finem faciens. Sit Tecum gratia triunius Dei! Sit Tibi vita dulcis, mors salutifera, æternitas gaudiorum plena!

Gladsaxiæ d. 1 Julii 1800.

[Udskrift:] Sr. Hochwohlgebohrenheit Herrn Hofrath und Professor Jung in *Marburg* in *Hessen*. fr. *Cassel*.

6.

Marburg den 27^{sten} 8br. 1800.

Verehrungswürdigster und herzlich geliebter Freund!

Verschiedene wichtige Reisen und dadurch aufgehaltene Berufsgeschäfte haben mich gehindert Ihren lieben Brief eher zu beantworten. Sie glauben nicht, wie angenehm mir ein Briefwechsel mit Ihnen ist.

Dass auch in Dännemarck der Abfall mit Gewalt den Damm durchbricht, das weis ich leider! wohl, allein dagegen hat auch der Herr noch immer die Seinigen dasselbst, und wenn einmahl vor den einbrechenden göttlichen Gerichten die Versiegelung vorgenommen wird, so wird sich zeigen, dass der Herr dort noch ein grosses Volck hat. In Holstein hab ich verschiedene würdige Freunde, denen es ums Seeligwerden ein wahrer Ernst ist.

In England ist der Herr jezt recht am versiegeln¹, viele tausende werden jezt in allen provinzen erwekt und bekehrt, und der Unterschied zwischen der hohen bischöflichen Kirchen, den Presbyterianern, Methodisten und Dissenters aller Art höret unter allen erwekten Predigern und Gemeinden gänzlich auf; man weiss von keinem andern Unterschied mehr als zwischen Gospel-predi-

¹) Der tænkes formentlig især paa den Vækkelse, der udgik fra «den evangeliske Retning» i England.

gern und Moral-predigern; diese grosse Erwekung und Versiegelung ist mir ein Beweis, dass in wenig Jahren ein schreckliches und final-gericht über England ergehen wird.

In Holland, vorzüglich aber in der Schweiz, ist das Elend unbeschreiblich gross, in beyden Republicquen aber ist das Christenthum, alles Drucks ungeachtet, in vollem Flor. Ich bin verschiedemal gefragt worden, warum doch der Herr auf diese beyden Länder, in welchen doch von jeher die Religion Jesus vorzüglich geachtet wurde, und so viele wahre Verehrer hatte, *zuerst* und so *drükend* seine Schwere Hand gelegt habe? — meine Antwort ist: die Gerichte fangen am Hause Gottes an: denn diese Gerichte nehmen den Gang so wie eine Krankheit. Sie steigen immerfort bis zur höchsten Höhe. Sie fangen gelind an, werden dann immer schwerer und drükender, bis dann endlich das Ziel der Vorsehung erreicht wird, eben darum werden die bösesten und verdorbensten Nationen auf die letzte verspart, und die besten zuerst heimgesucht. Ich habe aber Grund zu glauben, dass die drey nordischen Reiche im Ganzen verschont bleiben werden, aber über Teutschland wird ein sehr schweres Gericht ergehen; den Grund davon werden Sie im 9^{ten} Hefft meiner periodischen Volksschrift *der graue Mann* finden¹.

Lavater in Zürich leydet seit einem Jahr erschrecklich²; Sie werden wissen, dass er im October 1799 von einem Franzosen in den Leib geschossen worden; diese Wunde ist noch nicht heil, und er wird bald an der Auszehrung sterben. Dieser grosse Zeuge der Wahrheit legt in dieser

¹) Schriften VII, 317 ff. Her fremhæves bl. a. den aftagende Respekt for Religionens Hellighed, Præsternes Verdslighed, Oplysningsfilosofiens Indflydelse etc.

²) Johann Kaspar Lavater døde 2. Januar 1801 som Følge af det omtalte Skud (Georg Gessner, Johann Kaspar Lavaters Lebensbeskrivelse III, 1803, S. 463 ff., 539 f.). Om Stillings Forhold til denne Mand jvfr. Schriften VII, 355 ff., 387. Ved Lavaters Død udgav Stilling »Lavaters Verklæring, besungen«, 1801 (jvfr. F. W. Strieders S. 479 anførte Værk XVIII, 268).

Krankheit noch das gröste Zeugnis für die Versöhnung der Menschen mit Gott durch Christum ab; Sie können nicht glauben, wie herlich dieser Mann Gottes seine Leyden erträgt und benutz. Ich habe Ihnen hier ein ziemlich gut getroffenes porträtchen von ihm beygelegt; er hat während seinen Leyden seine deportationsgeschichte, ein Gebätbuch, und einen Gesang an Christum geschrieben, auch ich hab während dem manch Billet von ihm erhalten; alles, was er schreibt, ist jezt Geist und Leben.

Grüssen Sie den würdigen Bischof Balle von mir; Seine Schrift zur Vertheidigung der Religion wird in Teutschland aufgelegt und gedruckt¹.

Folgende Geschichte ist wahr und merkwürdig: Ein Engländer sahe in Rom den pabst das Hochamt halten, er bemerkte an seiner Tiara die Aufschrift: Vicarius filii Dei, und fand darinnen die Zahl des Thiers 666 (VI CarIVs f ILII DeI). So wird jezt während der Zeit des Nichtseyns des Thiers das Geheimnis an der Stirn der Hure bemerkt².

Es ist rührend und äusserst tröstlich für mich, mein theuerster Bruder! dass Sie mich so lieb haben; ich verdiene es nicht, denn ich bin aus mir selbst ganz und gar nichts, weniger als nichts. Der Herr ist mein Alles. Ich bin mit ewiger Liebe vor dem Herrn und durch seine Gnade ihr ewiger Bruder

Jung.

Sie erhalten diesen Brief durch Spedition des lieben van der Smissen in Altona³.

¹) N. E. Balle, Christliches Religionsblatt, unter der Aufschrift: Die Bibel vertheidiget sich selbst, I, 1798 (forhandlet af Jacob Bischoff i Schwensbye i Angel). 1800 kom som en anden Oversættelse Balles Nøthige Aufklärung seiner Vorlesung über die Bibel.

²) I sin »Sieggeschichte der christlichen Religion« forklarer Jung, at Tallet 666 »kann nichts anders bedeuten, als die Anzahl der Päbste oder Regenten, multiplizirt mit den Regierungsjahren derselben« (Schriften III, 274).

³) I Altona fandtes det store Handelshus Hinrich van der Smissen Söhne, Elbbrücke 42 (Altonaisches Adresbuch 1802 og 1803).

[Udskrift:] Sr. Hochehrwürden Dem Herrn Pastor Bentzon zu Gladsaxen bey Copenhagen, abzugeben bey Herrn Clausenius Pastor an der Frauenkirke zu Copenhagen. Fr. Hamburg.

7.

Gladsaxiæ d. 24 Januarii 1801.

Johanni Henrico Jung S. P. D. Janus Winther Bentzon!

Non est, quod de descriptionis meæ cunctatione multa dicam, etiamsi sat multæ mihi præsto sint rationes. Præter officium, quod mihi meisque victum præbet, aliaque negotia politica, quibus pastores danici obruimur, in causa præcipue fuit mihi a rege injuncta post defunctos distributio legalis atque administratio opum tam meæ progeniei quam alienarum, quæ non parum temporis sibi vindicavit. Jam mihi aliquantulum datus hisce qualibuscunque litteris fidem libero.

Humilitatem *Tuam* Paulinam, sub finem epistolæ *Tuæ* et 1 Cor. 15, 10 indicatam, mihi vero a longo tempore notissimam, amore et æstimatione prosequor. Ter carum mihi *Te* reddidit ista virtus christiana omnibus, qui christianos se venditant, optanda. Pulvis enim et umbra sumus prætereaque nihil.

Effigiem *Lavateri*, quam mihi muneri dedisse, involucro donatam parietique affixam, quotidie ante oculos habeo. Virum hunc apostolicum, ab autoribus bibliothecæ germanicæ universalis¹ quondam ludibrio habitum, semper dilexi, nec unquam hunc *Tuum* amicum diligere desinam. Doleo fatum, sed patientiam et probitatem admiror viri optimi jam salvi. Multa tulit, sed et multa præstitit a Christo, cui se totum dedit, remuneranda. Etiam post mortem vivet strenuus christianæ fidei propagator, mul-

¹) Den store radikalt prægede Recensionsjournal »Allgemeine deutsche Bibliothek«, udgivet 1765—1805 af Friedrich Nicolai (1733—1811) og hans Medarbejdere.

torum recte sentientium amor et deliciæ. Habet *Lavateri* facies, pariter ac scripta et opera, vim attractionis. Gratiâs *Tibi* debeo maximas pro data imagine non grata modo sed et sancta, sanctissimarum enim virtutum mihi exemplar erit et incitamentum.

Curiosa satis est illa Angli observatio de numero bestię, quem præ se fert inscriptio tiaræ papalis. Longe post se relinquit reliqua nomina, quæ eundem habent numerum, et ad quæ locum apocalypticum referre voluerunt nonnulli. Audivi Doctorem quendam Theologiæ Hauniensem dicentem: de nomine LVDoVICVs non esse explicandum locum Johanneum Apoc. 13, 18 hac quidem ex ratione, quod latinam lingvâ intellexisse Johannem non sit supponendum. Huic assertioni et ego fidem facio, sed urgeo simul, non opus esse, ut latinam lingvâ intellexerit Johannes, nec hoc obstare, quo minus latino nomini applicari possit bestię numerus. Revelatio enim prophetica multa habere potest ipsi prophetæ ignota atque obscura in posterum palam futura. Ipsum igitur Johannem nomen bestię ignorasse quis facile negaverit? Quod vero inscriptioni tiaræ præ reliquis omnibus competat loci apocalyptici applicatio, quis quoque inficias iverit? Mihi saltem maxime arridet interpretatio Angli, de qua certior me fecit *Tua* epistola. Est et illa litterarum *Tuarum* indoles, ut et menti et ingenio grate inserviant.

Quæcunque de multorum excitatione et obsignatione pariter ac irruentibus calamitatibus refers, verissima puto præeunte nostri temporis historia. Maxime vero desidero nonnum fasciculum scripti *Tui* periodici¹, ut inde mihi palam fiant rationes, ob quas tribus septentrionalibus regnis præ ceteris parcendum esse existimas. Verum quidem est hæc regna multos numerare Domino addictos, sed numerant etiam, *Te* dicente, republicæ Batava atque Helvetica, quarum tamen miseria mirum in modum crevit crescitque. Cur igitur nominatis regnis parcatur, cur cum

¹) »Der graue Mann«, jvfr. S. 486.

rebus publicis non pari passu ambulent, non liquet. At quam inexplorabiles sunt viæ Domini! quam occulta consilia! Utinam dentur rationes sat idoneæ, ob quas paucioribus ac lenioribus prematur miseriis patria mea! Utinam dubia mea solvant, quas polliceris, cogitationes! Interea temporis inter spem metumque anceps hæreo. Atque hinc vides, quanto in scriptum *Tuum* ferar desiderio.

Impræsentiarum heic Daniæ tranquille, o si quoque pie! vivitur. A tempore edicti regii, quo scribentium furori obex ponebatur, multa cessaverunt incommoda, sub quibus et religio et privati homines gemuerunt. Sacrum quidem codicem adhuc debellant *Horrebowius*¹ et fasciculorum editor, qui inscribuntur *Politisk-physisk Magazin*², sed contra decorum minus peccantes. Magis moderate ac serio, omissis scommatibus exsibilationibusque, rem aggrediuntur. E contrario lucem quoque heic viderunt et vident scripta Christianismi defensionis ac propagationi destinata, quam ob rem præcipue laudandi sunt *Ballius* noster, *Esaias Fleischerus* a consiliis conferentiarum³, *Bangius* medicinæ Doctor et Professor⁴, ut et bibliopola, qui inter fratres nomen profitetur, *Buch*⁵, cujus in eo posita est cura, ut edatur scriptum periodicum, quo in animis con-

¹) Litteraten Otto Horrebow (1769—1823) udgav 1797—1801 Tidsskriftet »Jesus og Fornuften«.

²) Det radikale Tidsskrift »Politisk og physisk Magazin« blev 1793—96 udgivet af Lægen Rudolph Buchhave (1737—96). Jvfr. F. Rønning, *Rationalismens Tidsalder*, III, 2. Afdel., S. 102 ff., 192 ff.

³) Den tidligere Amtmand i Korsør, Konferensraad Esaias Fleischer (1732—1804) udgav 1798—99 »Jesu Christi Religions Sandhed og hvori den bestaar«, I—II.

⁴) Professor, Dr. med. Frederik Ludvig Bang (1747—1820), J. P. Mynsters Stiffader, havde netop 1800 udgivet et apologetisk Arbejde »Den rette Religion efter Fornuften«.

⁵) Formentlig Boghandler Christlieb Leth Buch († 1818), der synes at have hørt til Brødreresocietetet. Et Tidsskrift af den omhandlede Beskaffenhed ses han ikke at have faaet sat i Gang (jvfr. Fortegnelse over Bøger, som faaes tilkjøbs hos Boghandler C. L. Buch [efter 1800]). Det S. 504 omtalte Hefte maa vel være et Prøvehefte.

firmitur Servatoris doctrina et dilectio, quodque forsan aliter sentientes alliciat. Primum hujus scripti fasciculum nuper legendum præbuit. Vertuntur etiam hunc in finem libri Germanorum huc spectantes. Frequentius jam auditoribus implentur templa metropoleos. Spero igitur fore, ut sensim evanescant dubia teporque, quibus ansam dederunt auctorum temporis ante acti frivolitas et machinationes multifariæ.

Primus hujus seculi dies heic Gladsaxiæ Herlowiæque solennis fuit. Instrumentorum musicalium sonus cantum nostrum adjuvit et exaltavit. In maxima hominum frequentia textus mihi fuit exhortatio Paulina Philipp. 4, 6, qui novum seculum novumque annum gratiarum actione precibusque initiavit; prono enim alveo fluxit duplex hæc admonitio: pro multis beneficiis Deo dignas habendas esse gratias, itidemque multa piis expetenda esse precibus. Quin hic quoque dies stimulum quendam religiosum in nonnullorum saltem animis reliquerit, non est, quod dubitem.

Ut remuneretur quodammodo carissimum, quod mihi dedisti, donum mitto effigiem *Ballii* nostri nummo impressam, quem episcopo dedicavit civium christianorum amor et veneratio, cujus nummi ektypon faciem exhibet non dissimilem, modo paulo mitiorem tibi imaginatus fueris¹. Inopinato hic nummus aureus *Ballio* a civibus ob religionis amorem bibliorumque defensionem traditus est una cum argenteis quibusdam familiæ tradendis. Plurimam *Tibi* salutem dicit vir *Tibi* mihiqve amicissimus. Altera nummi facies inconcussam fidei christianæ firmitatem, non obstantibus tempestatibus, hieroglyphice significat. Vellem, mihi indicares, num *Tibi* similis tunc temporis fuerit imago *Henrici Stillingii* domesticæ *Tuæ* vitæ præfixa², nam et ipsam amo imaginem.

¹) Vilhelm Bergsøe, Danske Medailler og Jetons fra 1789—1891 Nr. 1013. Jvfr. Jens Møller, Biskop Dr. Nicolai Edinger Balles Levnet og Fortjenester, 1817, S. 221 ff.

²) Foran i I. Bind af Skriften findes et Staalstik af Jung.

Amicitiam *Tuam* fraternam mihi conserva! perge diligere me virum *Te* omnibus modis longe inferiorem! Novum annum ingressus vive faustus, mihi pluribusque dulcis ac utilis! Quælibet *Tuæ* litteræ *Te* mihi reddunt cariorem, o si nullis litteris me *Te* indigniorem reddam! *Te* familiamque *Tuam* servet in multos annos divina benignitas! me *Tui* veneratorem habebis perpetuum!

[Udskrift:] Sr. Hochwohlgebohrenheit Herrn Hofrath und Professor *Johan Heinrich Jung* in *Marburg* in *Hessen*. fr. *Cassel*.